

psalmen uenit uerbi dicitur omni' sumo

¶

¶ et noster nunc evocauit. ¶ Br̄nis īm̄el. ¶ Aut v̄

¶ potuit nuc possē uoluit aut decus ueni e' lat
Ex ut h̄ic p̄cūms q̄m̄ca

¶ v̄dovae. ¶ Jūdica me d̄s. ¶ Et purpureū vestimentū

¶ v̄l̄yklanis t̄m̄o. ¶ M̄hesum Hagedolla w



Content

1. D. Hülsemann Refut. qst. Cal. num. Mysterium S. Trinit.
et Divinitatis Christi & solo Vete Testam. possit evincere
et omnes eius temporis, fidelibus ad salutem creditu fuerint necepsium.
2. D. Hülsemannij Mysterij. ausführlich Calixtinij per gütma erweckte
3. Georgij Calixti Verapostolung auf d. D. Wellen pferde an die
S. P. H. v. Bonn. 1651.
4. Judicium de Calixtino desiderio et studio sarcinae con-
cordie Ecclesiasticae.
5. Hülsemann a vindicatione der Calvinistischen Relation vom
Colloquio zu Thorn.
6. D. Abraham Calvini notiger ablohnung ut licet injurieret auf-
lagt. Damit Calixtus Calvinus angeworadollen 1651.
7. D. Job. Wellen erste Prob Calixtinij vor im Druck aufgegangen
Wortandordnung v. Lüneburgitico.
8. Nulman Mysterium fraudis etc.
9. D. Schartij Response Georgio Calixto reddita etiusq acerbo scripto
10. Appendix Responseis aduersus acerbum D. G. Calixti scriptum.
11. Anshelmij Janponij judicium peripateticum sive Ereolius.
12. M. Osvaldi Stumpfij Epistola Exegetica ad D. Schartij.
13. Epistoli exegistica in Osvaldi Stumpfij etiadeq; quia in ei
Scriptis scripsit Examen.
14. Extract D. Osvaldi Politician. O. G. Calixtus Frasch
in Thuringia Zwickau D. Ge. Calixtu zu Helmstedt v. andrea
Theologen Wittenberg Bremer +
15. D. Titij Relation d. G. Calixtus in hoc hacten verborum
notior in papistisq; Monachorum 57
16. Programma in fulnere D. Georgij Calixtij.

II.

RE O L U S.

ANSHELMI IANSONII

I V D I C I V M
PERIPATETICVM.

Sive

Æ R E O L U S.

съзъбдили съмъ
и възложихъ да съдълъ
тъмъ съвържани
нъвъ Апостолъ
съпомъни съмъ съдълъ
зъмънъ съвържани
Моите же съмъ съвържани
дълъгъ съмъ съвържани

АНШЕЛМЪ ИАНСОНІ

ІАДІСІАМъ
ІЕРІПАЕІСІАМъ

СИДІОЛІА


ІАДІСІАМъ
ІЕРІПАЕІСІАМъ

ІАДІСІАМъ
ІЕРІПАЕІСІАМъ

ІАДІСІАМъ
ІЕРІПАЕІСІАМъ

ІАДІСІАМъ
ІЕРІПАЕІСІАМъ





JUDICIUM PERIPATETICUM

Sive

ÆREOLUS.

Væ in Peripateticorum sedibus proxima nocte acta sunt, ea uti per somnium vi-
di literis committere incipiam. Si quis
ex me quæreret, qua occasione quave indu-
ctus causa in somnium me coniecerim, ne-
que tanti rem esse, neque somniorum cuiquam ratio-
nem deberi respondebo.

Iam medium cœli Pœbe superaverat axem,
In mare iam proris fessa ruebat equis.

Pallida venturum metuebant sydera solem,
Cæperat Eoa parte rubere dies.

Dumque interdicto somnus decedit Olympo,
Me leviter pennis impulit ille suis.

Vel si sic audire vultis, manè sub primum diluculum som-
no oppressus sum. Ingens & profunda sylva fuit, in qua
timore curisque expeditus vagari, & nunc hunc, nunc il-
lum, qui rari apparebant, varie percunctari mihi visus
sum. Arbores ibi erant antiquæ & ruinosæ, quarum in
cavis detritæ Aristotelis formæ habitare, materia vero
prima musci instar cortici adhærere dicebatur. De sum-
mo frondium cacumine animalcula quædam despecta-
bant, ea facie, quæ ex mixtis vespertilionum, cercopithe-
corum, noctuarumque formis oriri possit: aiebant obfo-

A 2

letas

-1000

deca

IUDICIUM

letas & putidas esse opinones. Hæc per ramos sciuro-
rum in morem defultantia acri & ferali voce crocitabant,
donēi, cīnōs, dīnōs, & præter hæc innumera, quæ referre lon-
gum foret & intempestivum, id est, ex nova Rhetorum
nostratium disciplina. Hoc tamen prætereundum non
est. In foliis arborum tubercula quædam animadverte-
bam, è quibus infectorum genus culici non dissimile ex-
cludi ferebatur, quod cum ad nos evolasset, in cerebrum
quorundam per nares se penetraret. Vbi cùm vel pu-
truisset, vel metamorphosin esset passum, in ridiculas di-
stinctiones & inepta, uti vulgo sunt, actinina mutare-
tur. A dextra spatio summæ ades erant. Non hic enu-
merabo, quam sublimes e Paro lapide columnæ, quo
metallo gemmisque incrustati parietes, quam grandes ex
Hymetto trabes fuerint, quæ omnia ex Poëtis accersere
licet. Quicquid enim dixeris, quicquid negaveris, id o-
mne hic vel fuisse, vel non fuisse patiar. Cum proprius
accessisse, juxta fores adstantem vidi quendam, tenui
corpore, incerto adspectu, & qualem vermicolotis istius
bestiolæ singunt, macilentum, agilem, palliolo involutum,
unde Græculum esse judicabam. Iam metus crinibus
meis inhorruerat, quo alias cum vacasset redire Julio, com-
pellandi audaciam cepi. Adi igitur hoc live animaliive
spiritum, live quidvis, & virtute quantum poterat in vul-
tum coacta.

Χαρε, inquam, ξεν, οὐτ' εστι τίνες βέρται, ὡν ὅδε χωρεῖς,
sive dæmones (propitijs spero & mansueti) loca hæc in-
colunt? Ego regionis hominumque pariter ignarus, ne
que quomodo neque qua ad vos venerim satis scio. Il-

le contra

Χαρε, ait, ξενε παρ' αὐτῷ Φίλησεα,

opor-

PERIPATETICUM.

5

Oportunitus vénire nūhquam potuisti. Ego celebre illud
Peripateticorum ī sumo quod vos quatenus nominatis.
Munus hodie meum est, hospites excipere, ideoque si vi-
detur te introducam; simulque manu prehensum sequi
jubet. Scutus sum; atque hoc Philosophice, immo in
universitate eruditæ facere mihi visus sum. Quid enim
vulgatus est, quid ut ovis ovem, ignotus ignosum, quem
falsa fiducia sineullo suffragio ducem fecit, sequamur.
Cum introvenissemus, hæc, ait, Philosophorum aula est,
quam omnes, sibi etiamnum discreti sectis, colunt. Ego,
dicit, inquit, squalidus tu me supra votum beas: sed
ubi equi Peripatetici nostri habitant? Neque enim
gratius mihi quicquam fuerit, quam iis coram cultum ex-
hibere, erga quos hactenus tantam habui reverentiam.
Ble, ecclib, valvas, vid, quibus principis nostri nomen
aureis inscriptum litteris vides. Sed quenquam hac ho-
ra introniti negatum est, ne importunis compellationi-
bus mora fiat judicio in Aereolum nescio quem Pseudo-
sophistam hodie constituto. Si liber, in fano Entele-
chiæ, ibi enim fabulæ hujus scena erit, ipsos operieris.
Erant hæ ades à sinistra cum Peripateticorum domicilio
conjunctæ, quas cum subire vellem Aereolum ante foræ
cum advocatis aliquot præstolantem vidi. Dum præ-
tereo ipsum referentem audio, quod mulier sua sibi pe-
peditisset puerum. Non poteram expectare donec co-
gnoscerem num quem existisi initiando animali suo esset
adhibiturus. Cum introvenissem, non exiguum è diver-
sis familiis Philosophorum turbam co convenisse ani-
madverri. Quodrum hi fere sermones erant. Satis jam
multa seculo rum spatiæ occupasse Peripateticos, jam du-
dum mensuram modumque excessisse illorum tyranni-

A 3

dem

PARMENIDES
IUDICIA

dem: cedendum aliquando, & melioribus imperium esse
relinquendum. Quemadmodum orbis suus aliarum re-
rum est, ita dogmarum quoque, siebantur sibi sumu-
mum interitas; tunc deinde vero interitas;

Et juvenum ritu florent modo nata vigentque.
Hanc rerum vicissitudinem alij ex astris, alij ex numeris,
alii aliunde necessario concludebant. In primis Astro-
logi Democrito etiisque seculorum honores & admira-
rationem pollicebantur. Sed haec nihil ad me pertine-
bant, & eorum videbantur hominum esse, qui hic quo-
que suo morbo laborarent. Itaque tabulam quæ à pro-
ximo poste erat pendula, paulo curiosius inspexi. Erat
ea illiusmodi.

DONATVS GRAMMATIVS ET SCHERBIUS
PHILOSOPHV DIEM DIXERUNT AEREOLVS
PSEUDOSOPHISTÆ IUDICABVNT DATI
A PRINCIPE ARISTOTELE IUDICES GRÆ
CÆ PARTIM PARTIM LATINA SCHOLÆ
SECTATORES.

Noveram de nomine Aereolum, eumque tam diu im-
pune lascivisse mirabar: nisi quod antehac vilitatem ho-
mini profuisse credebam, poenam daturo, nisi efferre se
& meliores lacessere desisset. Atque adeo non ita du-
bium pugnari ab eo ex veteri formula pugnatam recor-
dabat. Inter haec judices advenerant, jamq; sedilia occupaverant.
Aereolus quoq; cum ad vocatis aliquot locū sumpsit. Nos
turba circumfusi aures oculosq; paravimus. Sed antequam
mob

8 A

accusa-

PERIPATETICUM.

accusationem iordiretur Donatus / huic enim prior locus
cesserat) quidam ex illis quos Aereolus adduxerat vix ve-
niam præfatus, Aereolum seque & reliquos advocatos
viros humani divinique juris peritissimos pariter de ju-
dicij iniquitate conqueri dixit. Indignum esse Philo-
sophorum majestate, Grammatici in illum accusationem
accipi. Satis Aereolo in causa sua fiduciæ esse, sed quid-
vis pati paratiorem, quam eam in se ignominiam susci-
pere ut Grammatico respondeat. Iudices nisi innocen-
tem indicta causa damnavisse videri velint, Grammati-
cum à tribunali arceant. Aereolus, eam sibi sententiam
stare, audacissima voce proclamavit. Iudices re delibe-
rata miserunt, qui cum Donato loqueretur: atque is cum
non gravate ab accusando destitisset, inter judices col-
locatus est. Pronunciatur deinde SC^{tum}, quo contine-
batur, dandum aliquid esse fumoso Aereoli fervori: in-
terim actorem amoveri, causæ nihil detrahi. Angelus
interim Politianus, qui inter proximos adstiterat, ubi
Donatum amoveri vidit, humeris vicinam turbam pro-
pellere, cumque ad tribunal venisset, sibi Grammatici i-
stius locum deposcere cœpit. Non posse sibi Gramma-
tici nomen ab Aereolo obijci dictabat, cui nunquam
rerum minor quam verborum cura fuisset. Nihil ho-
rum Aereolo placuisse videbatur, ita simul caput quassaf-
bat, simul barbaras quasdam voces obmurmurabat. Ti-
morem quoque pallor prodebat, quamquam pileo in al-
teram aurem minacem gladiatoriā animi confidenti-
am præferret.

Ergo ad dicendum se parat Politianus, cuius hæc
fere oratio fuit.

Quandoquidem Aereolus, IUDICES PERIPATETICI,
sub-

MUSICA TUDICUM

8

submoto per impudentiam Donato, iustissimam se reprehensionem declinasse confidit, ne id ex voto ipsi cadas, ne ve impune s. barbarum fuisse glorietur, à me opera dabitur. Neque vos Philosopho indignum censebitis, si in vocibus examinandis oram consumpero, qui clarissimos gentes nostra antistites, vosq; adeo ipsos, exquisitissimam orationis verborumque curam habuisse recordamini. Principem nostrum Aristotelem exercuisse dicendi artes, neque accuratissima Philosophandi ratione, quam aureo eloquentiae fulmine, celebriorem fuisse scimus. Successores cum reliqua pulcherrimarum rerum hereditate, hanc quoque laudem amplexi, in id unice intubuerunt, ut cum rerum acumine verborum etiam decus & ornamenta sequerentur. Novis Theophrastum aliosque e Graecorum natione viros eloquentiae laude late celebres, quos prolixius commemorarem, nisi Graecorum linguam & disciplinas iuxta ignoraret Aereolus, nec ad intuendum eorum sibi exempla proposuisset. Eos saltem ignorare non debuit, qui nostro seculo, ad instaurandam literarum dignitatem, magna animi constantia processerunt. Qui cum has plerique partes suscepissent, tanti se nominis mensuram haud implere posse crediderunt, nisi se cum omni que ad elegantiam pertinet cognitione, tum eloquentia in primis & loquendi facultate, excolassent. Omittit quos aliae regiones hac laude instructissimos protulerunt: ipsius certe populares, ac in primis communis Germaniae magister, cuius ille cathedram insit, cuius locum (dixeram propemodum imaginem) toties intueri necesse habet, illustri suo exemplo hominem redargunt. Arque ut nihil a me nisi verum dici animadvertis, ecce elegantiarum farraginem è pulcherrimis Aereoli libris subito exceptam. Hoc propemodum mihi exciderat, non hic sufficiunt, quæcumque Grammatici ac Rethores sermonis vitiis nominalia imposuerunt: quare ut novae reinvium nomen demus, quisquid adve-

PERIPATETICUM.

ad vetera revocari non potest, id communi Beanismi appellatio-
ne censendum arbitramur. RECITA. Legere aggressus est
Secretarius judicij, qui Laurentius Valla esse dicebatur.

AEREOLI PSEVDOSOPHISTÆ BARBARISMI,
SOLOECISMI, BEANISMI.

In Physices recognitæ ep. dedi-
catoria. p. 11.

Adhibui modestiam tanto maiorem, quanto sequiorem
(obsequentiorem voluit dicere) & diligentiores in studijs
omnivarijs vestrum Reineccium habui.

P. 16. Imo si & nostra ipsa (hoc est, propria) statuta re-
cognoscamus.

P. 19. Specialia magis quam generalia curet, vel saltem ad
minimum in generalibus non subsistat.

Ib. Meniemque in ipsas res, rerumque naturalium opera-
tiones intingat atque intendat.

In præcognitis Phys.

P. 7. Ocellus scripsit librum de natura universi, opus pri-
mo typis æreis (quis unquam audivit de typis æreis) ex-
cusum & editum Venetiis, in quo egregia Iacuit Physica fun-
damenta, quæ postmodum Aristoteles in suos libros transtulit,
quam bene, mox infra suo loco videbimus.

Iamdudum Valla incaluerat, quod totius faciei ar-
dor tumentesque venæ prodebant: repressit tamen se, &
legere instituit.

In Physica generali.

P. 110. Tritum illud dicterium: posita formatria ponuntur.

P. 212. Scribunt de muliere quadam, quæ tempore coitus
B depi-

10

IUDICIUM
depictum AEthiopem intuens ipsumque vehementer imaginans
AEthiopem genuerit.

Addendum esse dicebat Valla, parere in Aethiopia
viros, ubi gignant mulieres.

P. 249. Si proximus accedamus & intimius introspici-
amus.

In Phys. speciali.

P. 384. Hactenus cogentes rationes huius novitatis non-
dum vidi.

P. 445. Quicquid non tangit rem calefaciendam, id est,
fiendam.

P. 531. Salsum est mare ob pisces salsuginine delectantes.

Hic vero continere se diutius Valla non potuit, &
oportenta, exclamavit: ergone in piscium potestate est
ut tale sibi mare faciant, quali delectantur ipsi. Date a-
lium qui haec legat, viri Peripatetici, me quidem anima
deseret. Iudices eum pergere jussérunt.

P. 536. Aqua labitur adusque tendendo deorsum.

P. 584. Valde improprium hoc & abusivum nimis.

P. 593. Non saltē extrinsecus concurrunt, sed coeunt in
suam homogeneam naturam.

In Institutionibus Log.

P. 9. Annus multus est, quo primum hanc rem aggress-
sus sum.

P. 10. Annus iam quintus est, ex quo vicissim altera vice
libellum producere debui.

P. 12. Vestro peculio & patrocinio studia mea submisse ad-
judicavi.

In præfatione ad Lectorem.

P. 17. Quam industrij sint heretici in abutendis principijs.

Ibidem. Ut Photinianorum disputandi modus pudeat.

In

PERIPATETICUM.

II

In Institutionibus Log.

P. 31. *Nostris temporibus surrexit quidam Petrus Ramus.*
Et procubuit quidam, dixit Valla, bovis in morem
Aereolus.

P. 89. *Sic quando dicitur, Lupus est piscis, vox lupus signifi-
fcat einen hecht, id est, lucium.*

Hic Valla, apud nos quide[m], inquit, in alto lupus
capitur aut in fluminum ostiis, amnes gignunt lucios.
O ventres perpetua fame dignos, qui ne quidem usita-
tissimorum ciborum nomina norunt.

Ibid. *Quando dico lupus salictarius, facile intelligitur, quod
ibi vox intelligatur de pisce, ein saltziger hecht, id est, lucius
fallitus aut sale conditus.*

Patientiam omnem Valla perdiderat, & o cerebrum
insulsum, exclamabat, quod ne salem quidem à salicto
distinguat. Legat qui volet, mihi certe salus mea carior
est, quam ut inter foetores hos perire velim. Tum char-
tam proiecit ac sese proripuit. Simul thus pru[n]amque
inferri vidi & fumum fieri. Nam foetor adeo turpis
aërem occupaverat, ut nemo tam firmo stomacho
esset, quin ingenti nausea torqueretur. Exhaurienda
tamen erat Aereoli sentina, ideoque nescio quis Vallæ
succedere jussus est.

In Lima.

P. 35. *Sane amplius quid præstant, multoque eximus pro-
mittunt.*

P. 39. *Synonymorum λόγος uti αὐτὸς est, ita & prædicatur
de illis, quorum respectu dicitur αὐτὸς.* Bis posuit αὐτὸς ipse
pro o αὐτὸς idem.

P. 54. *Ova subventicia carent anima.*

B 2

In Lo-

IUDICIUM
In Logica manuali.

P. 289. Fallacia æquivocationis exemplo declaratur isto.

O. Malum est fugiendum.

O. Pomum est malum.

E. O. Pomum est fugiendum.

In Logica Peripatetica.

P. 25. Vbi explicat quid sint æquivoca.

Ius significat 1. leges forenses, 2. offam.

Plura restabant, nisi fessæ iudicium aures plura sufferre recusassent. Certe ne offa quidem dignus videbatur, qui ignoraret, quid à jure offa distaret, neque alijs quam Aesopi pomis pascendus, qui nullum inter poma ac mala discrimen nosset. Secutus est qui hactenus tacuerat Angelus Politianus.

Exhorruistis indices? Non id quidem immerito. quis enim præ fœdissimo cadaverosarum vocum fætore non propemodum exanimetur? Sed hæc in specimen modo data censere debetis, plura & multo olidiora invenientur, si quis ipsius librorum thesauros, id est, immensa simeta everrere sustineat. Hinc mihi conietur am capire, quæ inter loquendum elegantiæ, quæ bellaria ex ore tam castotam Latino excidant. Scilicet hic est bainulus ille, qui se Philosophiam nostram stelliferi Atlantis instar humeris gestare credit. Hic est Peripatetica & Metaphysicæ maiestatis vindex, hic censor ille, qui interitaram putat veritatem, nisi in sinum ipsius tenella virgo confugiat, nisi ipse pupillam clientamque suam defendendam suscipiat. Felicem vero puellam & ab omni iniuria tutam, cui ultimis & deploratis mundi temporibus assertorem adeo fidum defensoremque omni copia instructum invenire licuit. Mihi quidem (genium & entelechiam meam testor) quoties adversorum scripta per se ad refutandum non facilia, tum sermone

non

non barbaro, non rudi aut inculto, sed eleganti, puro, emendato conscripta inspexi, adimos saepe talos sudor praepudore manare com-suevit. Hic tamen AEreolus eiusque congerrones tanquam muli invicem, se scabunt, & alter alterius voce meros honores & prae-clara nomina audiunt: hic Aristoteles fit, ille Plato, alius aliud quod laudatorem splendida bilis iussit, nemo autem minus quam Philosophiae antistes. O vera scholarum purgamenta! Utinam ne illum diem videam, cum prodita ob vestram inscritiam familia no-stra ad incitas redigetur. Quod quidem averruncet in alezina-noς ἐντελέχεια, & authorum in capita, si quid expiandum est, con-vertat. Plura loqui non possum, & liquidior res quam quæ pro-bixa oratione indigeat.

Totus in fermento erat Angelus, totusque, quasi in retanta contentione non indigna, æstuabat, cum Scher-bius noster vultu ac pectore sedato.

— oculos paulum tellure moratos
Sustulit ad proceres, exspectatoque resolvit
Ora fono. —

Germana virum modestia neque ex eo hominum ge-nere, quicum alijs irasci coeperunt, honoris sui omnisque honestatis iuxta obliviscuntur: Ipsos sibi exitium miseros jurasse dicas. Neque verbus opus esse existimo, Iudices Peri-patetici, ubi res ipsa loquitur, neque apud vos orationis principium sollicite quærendum, quorum ea est prudentia, ut non alio quam suo pondere res omnes censeatis. Id ergo quod agere instituimus quam fieri potest paucissimis exequamur. Aristotelis nomen sem-per apud nos venerabile fuisse nostis, quem tamen mille calumniis hominum audacissimus laceravit. Hunc ille planissime à se falsi con-victum. hunc palpabiles (AEreoli id verbum est) errores habe-re, leges disputandi transgressum esse, & prater alia innumera, quæ ne vos detineam omitto, plagi reum esse affirmat. Audi-

IUDICIUM

ze quæso cur AEreolus ita crediderit. Ocellum, ait, Lucanum istum, post tot secula cum blattis tineisque exacta, diis bene iuvantibus in lucem rediisse. Hunc AEreolus arripiendum esse duxit, quo teste Principem nostrum fœdissimi facinoris convinceret. Neminem ego neque fuisse neque esse puto, qui fraudem in supponendo infelici hoc partu factam non animadverteret. Quæ tam aperta si AEreolus non vidit, plus quam una vice simplex; si vidit, non uno modo malus reperitur. Neque hic stetit inhumana ac rustica calumniandi libido: dogmata etiam nostra nunc falsitatis, nunc inceptiarum, aliorumque quæ dicere nolo criminum accusat. Sufficiat paucorum nomina expressisse, ut de reliquo quid sit coniecturam capiatis, iudices. Plane, inquit, falsum est, quod Aristoteles & eius affectæ de cœli soliditate somniant. Alio loco, nullo, ait, iure Aristoteles veteribus se opposuit. Quid referam negari ab ipso mutuam elementorum transmutationem, negari formas ex materia expelli, ipsam negari materiam primam, proponi prater primas quatuor qualitates alia etiam principia vere & proprie contraria, contrariis agendi viribus prædicta? Obruit me eorum multitudo, quæ de eodem hoc genere memoriae sensibusque meis obversatur: sed & vobis nihil horum est obscurum, & ea quæ recensuimus plus quam satis evincunt, eximendum esse de grege nostro AEreolum. Vnum præterea est, quod quoniam me nosque omnes proprius tangit, præterire tacitus non possum. Audite quam immani odio nos nostramque philosophandi rationem prosequatur. Neminem latet, quanta laboret inuidia, quotque odia sustineat, istud religiosorum (ut vocant) hominum genus, quod supra omnes splendidum magnumque sibi nomen sumpsit. Quo jure quave id iniuria fiat, nihil attinet hoc in loco declarari. AEreolus ut ab illorum nomine eodium rebus nostris conciliet, & hoc inquit, & istuc, & illud dogma istorum est. Peripatetica ea sunt,

AEreo-

Aereole, nec alia sunt, seu Arabum libris, seu Indorum charis ad posteros transmittantur. Quo magis miremini, indices, hi illi sunt, à quibus omnis Aereolus, omnisque eius fama pendet, quorum ille curis ac laboribus non aliter quam propriis utitur. Quid plagium est, si hoc non est? que unquam maior injuria fuit exaudita? Habetis crimina, indices, que, si in foro & iudiciis civilibus versaremur nescio quo pacto essent expianda. Vos moderatores esse decet, ita tamen, ut Principis sacratissimi Aristotelis existimationem vestrique nominis decus in discrimin vocari memineritis. Facite, ut ulcera non nisi acribus medimentiis curari, & putrido membro corpus non nisi secando liberari cogitatis. Dixerat ille, iamque in Aereolum oculos defixeramus, qui præ fervore stare nescius, ardentibus oculis, buccisque inflatis, hæc secum volvere videbatur.

Καὶ μὴν πάλιν ἔχω γέπειν γόμην τὰ στλάγχη, καὶ πεθύμοισι
Ἀπαντα ταῦτα οὐαπίσαις γνώμαισι συνταρεῖξαι.

Iam tunicam concutiebat, jam tussiebat, cum advo-
catorum unus fimbria correptum retrahit. Ego cum i-
gnorare non possem animandi Aereoli causam fieri, è tur-
ba me explicui atque ad eos quantum potui accessi. Ibi
hos eorum susurros sublegi. Heus noster, aiebat advo-
catus, noli eo commoveri, quod vera locutos esse nosti ad-
versarios. Tanto audentius contra eundum est. Excute
pudorem: hoc viros decet. Novum non est, maximâ ver-
borum audacia in exagitandis vitiis uti, quorum reum
te esse non ignoraveris. Audi quanta id commoda se-
cum ferat. Reperiuntur simplices non pauci, qui falso ví-
rum innocentem male audire affirment. Etenim, ajunt,
qui ille tam audacter ea corriperet, quæ torqueri rectius
in se posse non ignoraret. Vide quid valeat prima omni-
um facultatum impudentia. Iamdudum hæc se scire re-
spon-

spondebat Aereolus. Cæteri etiam advocati de suo singuli aliquid addituri videbantur, nisi à præcone admonitus esset Aereolus, ut causam dicere ingrederetur. Composuit ergo se, atque in hæc tandem erupit. Nimirum conati sunt hi duo accusatores, ut criminationem contra me facerent: quæ talis quidem est, ut propensionem erga Aristotelem testari non parum potis sit, non una tamen indigeat lima. Confundunt illi modum philosophandi cum modo loquendi. Inscriptis enim & disputationibus nostris censendis ita occupantur, ut si in arduis & gravioribus causis non inveniunt quod exagiant, minutias sectentur vocularum, & nescio quas umbras typorum & rasuras syllabarum convaserint. Quod ego Aristotelem deserui, hoc non est calumniandum, nempe veritatem & libertatem patrocinatus sum. Physica quidem illius ita comparata est, ut qui non præmeditatus satis illam adires, aut temere eo vanaque scribendi libidine duceretur, is me ipso judice non immitto sermonibus omnium vapularet, dicteriisque lapidatur. At vero cum prævalida, ut censeo, incentiva sint, & graviora celestia, & grandia uirtutia, rationesque prægnantes, quæ hoc officium ac onus humeris meis imposuerunt, atque poposcerunt adeo; non est quod à sanis iudiciis metuum multum. Ego non sum parvus vir, judices: conscribillavi enim non solum Logicam & Metaphysicam, sed Logicas & Metaphysicas, etiam Physicalia egregia valde. Quidam quoque maliti Philosophi qui in oribus maritimis surrexerunt, eos ego refutavi penitus. Et quod ad hanc accusationem pertinet, illa tantum ea tangit quæ ego extrinsece habeo, sed quæ intimius in me sunt, quia sunt laudabilia valde, non potest ea destruere prorsus. Quare, vos indices, non obstructis defensioni meæ viam omnino, sed è contra studia hac nostra omni benevolen-

et genere & benigniori faventia patrocinio premovebitis possumus.
Finierat Aereolus,
— vulgique securius
Vlscimur murmur erat, — non favore plausuque prosequentium, sed quale liber-
rima auditorum indignatio excitare solet. p. Omnes uno
ore fremebant,
— quorū hæc tam putida tendunt,
Vir boni? —
Ego cum portentosa hæc verba, & horribilem eorum
juncturam audivissem, veritus ne qua illis magica vis
subesset,

Nec um Baecar. dī, tēis eis spōr. īmūou nō dñs.
Iudices interea, capitib. collatis, nutibusque & mā-
nuum gesticulatione, (verba enim exaudire non pot-
eram) multa inter se agentes animadverti. Ea cum haud
magno ponderis fuisse conicerem, ut plerumque solent
quæ magno conatu geruntur nugæ omnium maximæ,
neque scire neque ignorare magnopere curabam. Post-
quam convenisse inter eos videbatur, Cornelium (hoc
viro nomen esse apparitores aiebant) verba facere jusse-
runt. Quorum hæc fere summa fuit. Ante omnia ly-
dium lapidem proferri iussit, in quo diversorum, qui
Philosophiam Aristotelicam Romana lingua excoluerunt,
sermonum vestigia extabant. Huic ea quæ supra me-
moravimus Aereoli verba apparitor affricuit. Nihil eo-
rum, quæ co seculo, quo ad necem usque vapulasse Pri-
scianus memoratur, scripta fuerant, & que foedum erat.
Pauci tantum nostri ævi scriptores, quorum me nomina
non latent, nihilo nitidores Aereolo apparebant. Tum

C

stateram

stateram porrigi vidi, ad quam Peripateticæ dissertationes examinari consuevissent. Pluma pappisque leviores erant Aereoli libri: quodque mirum foret omnibus, quo plures adiiciebantur, eo minus ponderabant. Advocati controversiarum ac quæstionum centurias, decades, triadesque attulerant: sed ea profecto non magis gravabant, quam si vento aër fuisset additus. Tum Cornelius aut hæc aut alia locutus est. *Nihil apertius veriusque ijs inveniri que in AErcolum essent dicta: nec dubitasse ē indicibus quenquam, quin omni Peripato in posterum ei esset interdicendum.* De reliqua pœna eos non nihil variaſſe. Non defuisse, qui cruces, flammamque & rotas poscerent: aliis tam id displicuisse. AErcolum ergo in ludum literarjum esse deducendum, non sine nova minacique ferula, quam cum ter esset osculatus, ipse sua manu magistro traderet, veniamque eorum que commisſet, supplex rogareret. Si quid in posterum tale fecisset, promitteret, non esse se causam dicturam, quo minus pueris omnibus exemplo esset. Libros eius comburendos esse, quosdam existimavisse: verum sibi aliisque convenientius visum, damnari eos ad ficos ac piper, — & quicquid chartis amicetur ineptis. Ita enim alios quoque non paucos humanis necessitatibus & publico bono servivisse. Ceterum, quoniam incertum esset, num quæ alia secta hominem recipere veller, nisi id fieret, singulares in ipsum pœnas ab universa Philosophorum gente esse decernendas. Ea Cornelius. Hic demum Aereolus semet agnoscere videbatur, ita nec mens ei nec color certa sede manebat: tum humor furtim per genas labens, quam lenta penitus sollicitudine maceraretur, arguebat. Nemini dubium erat, quin si res integra foret, decies vadimonium deferere

deserere mallet. Neque advocatis plus animi erat : qui tamen cum paulum hæsisserent, ad artes suas reversi, eam in lingua sibi confidentiam sumpserunt, ut tribus circumire & locum Acreolo petere anderent. Duæ præcipue fæstæ erant, quibus Acreolus maxime fidebat. Democriti posteri, & si quos Eclecticos vocamus. In Democritum blanditias & adulatorum palpos plena manu spargebant. Ex Aristotele, cum omnia curasse; ex Hippocrate, ἀγετον την Φύσεως καὶ κόσμου ἐρμηνευτῶν; magnam ipsum orbis partem eruditio[n]is causa peragrasse, πίπταθλον nominari meruisse. Sed perspicaciores erant hi qui atomos vident, quam ut homini valde subtili fidem adhiberent. Itane, ajebant, vir clarissime, verba te nobis dare speras? Non talia audiam, et abas, cum non contentus decreta nostra fœdissime corrupisse, nescio cui Mocho ea adscriberes. Apage vero, neque ex recondita hac philosophandi ratione lauream quare. Nec benigniores Eclectici, ita illum selegisse, ut asini molles inter herbas carduos, caper inter violas aconitum, vultur inter aromata cadaveris fœtorem quærere consuevissent. Iret, nec eorum se choro insereret, quos turpissima mixtorum & confusorum appellatione publice traduxisset. Exciderat omni spe Acreolus, nisi commodum Cynicam gentem adeundi impetum cepisset. Appud hos cum aditum quæreret, egregium se canini moris exemplum haud ita pridem edidisse asserebat, cum maledicta sua & contumelias vomuisset, quas postea deglutiret. Advocati clanculum se singuli subducebant. Erant enim ex eo hominum genere qui unum vitæ instituendæ canonem habent.

Autol

Ita dum libi consulerent, amicum sub cultro relinquere non curabant. Male sit scelerato pulici, qui dum totus Aerolo in his ferali aculeo dextre manus indicemus, malitiosa mihi fudit ut somno excuteret. Parum tamen in eo deterrimenti est: alios forsitan, si quis molestus erit, somno me reddam, quicquid & hujus & aliarum rerum geretur, accurate atque ordine commemoraturus.

Quisquis non adiit scientiam
Semorum penetrare, sed per artes
Vulgares animum colit minorem,
Felice se petuit, tene longum.
Si doctus nimium cupit videri,
Infelix, peccatum refert, nocentes
Qui flamas petit inscius, caditque
Exustis humilis miserque pennis.


F I N I S.

¶

44 13
C 13

ULB Halle
005 605 458

3



VD 17

Werdet gantz zum Christen
lebendiger geist oder thurig gewor

Leben wir nicht uns im Viertheil
Leben wir nicht uns im Viertheil

Werdet gantz zum Christen
lebendiger geist oder thurig gewor

Leben wir nicht uns im Viertheil
Leben wir nicht uns im Viertheil

Werdet gantz zum Christen
lebendiger geist oder thurig gewor

Leben wir nicht uns im Viertheil
Leben wir nicht uns im Viertheil

